




INDEX
LOCVPLETISSIMVS
CONSILIORVM OMNIVM EXCELLENTIS. ET CELEBER. I. C. AC PVBLICI INTERPRETIS.

D. IACOBI MANDELLI ALBENSIS, COGNOMENTO ALBAE,
à D. Vincentio Annibaldo Valentino Iurisconsulto eius discipulo digestus, conscriptus, & editus.

In quo quilibet Consilia ipsa, & omnia in eis contenta, tanquam sibi priuatim in memoriali libello annotata, & in compendio collecta, statim inueniet,

Scilicet materias, Casus, Quæstiones, Decisiones, Communes etiam opiniones, & alia notatu digna:

Idque per resolutas conclusiones, ac coniunctas res, & materias, quantum fieri potuit.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, M D X C I.
Apud Ioannem Baptistam Sommascum.

INDEX LOCVPLETISSIMVS IN OMNIA CONSILIA

EXCELLENTISSIMI D. IACOBI MANDELLI ALBENSIS, SVMMA DILIGENTIA summoque studio à D. Vincentio Annibaldo Valentino Iurisconsulto, conscriptus atque digestus.

A

Actio-

consi.200.nume.2

Alienationis prohibitio censetur inducere fideicommissum absolutum, etiam absque spe alienationis inter ipsos de familia, quando ex dispositione testatoris bona applicanda sunt antiquiori masculo, consi. 200.nu.3

Alienationis ex prohibitione quando inducatur fideicommissum absolutè, an in casum alienationis tantum, uide et.ã in consi. 201.

Alienandi ex prohibitione an fideicommissum inducatur absolutè inter descendentes prohibitos, an in casum alienationis tantum, etiam quando post prohibitionem adiecta est clausula, quia intendo, quod bona mea remaneant in familia &c. & quæ sit uerior, & magis communis opinio, uide optimè declaratum consi. 201.nu.7. cum nume. seq.

Alienandi ex prohibitione quando subest fideicommissum in casum contrauentionis tantum, an possit illa res alienari extra familiam, consi.201.nu. 13

Alienandi prohibitio censetur inducere fideicommissum, præsertim enixa, & sæpe apposita, cum illis uerbis, ut omnia bona perueniat, & remaneant perpetuò, & in infinitum in descendentes suos, consi.467.nume.6

Alienandi prohibitio si sit facta, uariæ opiniones Doctorum fuerũt, una quod non censeatur inductum fideicommissum, nisi in casum alienationis, & alii Doct. tenent contrarium, consi.467.nu.7

Alienandi prohibitio si non est simplex, seu nuda, sed habet aliquam causam expressam, puta, ut bona remaneant in familia, uel ut remaneant in descendẽtibus, & deinde superadditur in aliqua parte testamenti aliqua alia clausula exprimens etiam cõsiderationem familiæ, uel descendentium, tunc stante tali geminatione, censetur absolutè inductum fideicommissum, etiam non expectata alienatione, sed sufficit sola mors, & est magis communis opinio, saltem hodiernis temporibus, consi.467 nu.8

Alienationis prohibitio per se sufficiens est ad inducendum fideicommissum, cum scilicet fit ad eum finem, ut bona remaneant in familia, & an absolutum, an in casum alienationis tãtum, uariæ fuerunt Doctorum opiniones, & quæ sit magis communis opinio, cõsil.483.nu. 16.cum nu.seq.

Alienandi prohibitio si non est simplex, seu nuda, sed est bis, aut sæpius repetita, & habet aliquam causam, puta, quia uel habet mentionem familiæ, uel habet mentionem illarum personarum, quarũ fauore facta est, deinde habet illam clausulam, ut bona conseruentur in familia, uel habet aliquam aliam repetitionem similem, tũc censetur absolutè inductum fideicommissum, etiam non expectata alienatione, sed sufficit sola mors, & est magis communis opinio, saltem hodie, de qua nemo probabiliter dubitat, consilio 483. nume.17

Quod tanto magis procedit, quando antè ipsam prohibitionem facti fuerunt multi gradus fideicommissorum, adeo quod prohibitio censetur facta, ut adiuuet, & efficacius reddat fideicommissum, & non debet sequi effectus contrarius d. consi.483.nu.18

Alienationis ex prohibitione an & quando censeatur inductum fideicommissum absolutum in casum mortis, etiam non secuta alienatione, uide etiam in consi.484

Alienatio bonorum extra familiam quando fuit prohibita per testatorem, quia uoluit illa in familia, & domo sua perpetuò conseruari, ex dicta prohibitione inductum censetur fideicommissum absolutũ inter omnes de domo ordine successiuo, ita quod unusquisque ex eis sine masculis prædecedens, uidetur grauatus restituere alteri proximiori superstiti, etiam nõ secuta alienatione, & est communis conclusio, consi.484.nu.58

Quæ conclusio citra omne probabile dubium procedit, quando testator ipsis alienantibus in pœnam alienationis alios obedientes substituit, d. consi.484.nu.59

Alienationis prohibitio. Quando testator prohibẽdo alienationem bonorum extra familiam, ut in ea conseruentur, uoluit, quod dicta bona ueniant gradatim de proximiore in proximiorem, seu uocauit proximiores obedientes, tunc etiam inducitur fideicommissum absolutum inter ipsos de familia ordine successiuo, consi. 484. nu. 60

Alienandi prohibitio solet continere legatum, seu fideicommissum, scilicet in casum alienationis, consi. 567.nu.2

Alienatione prohibita extra familiam, absolutè non inducitur fideicommissum, sed tunc cum contrauentum est, & est communes cõclusio, consi.761. nu. 82.

Alienandi prohibitio inducit fideicommissum, non solum in casum contrauentionis, sed absolutè, quando bis fuit apposita clausula, quia vult, quod bona sua &c. consi.795.nu.3

Alienandi prohibitio extra familiam inducit fideicommissum, non purè, sed eueniente casu alienationis, consi.7.nu.9

Alienare prohibitus si alienet, non solum priuatur parte sua, sed etiã prohibetur, ne admittatur ad partem aliorum cohæredum &c. cõsil.7.nume.11

Alienandi prohibitio facta hæredibus, censetur facta contemplatione cohæredum, & eis deficientibus, contemplatione uenientium abintestato, consi.7.nu. 13

Alienandi prohibitio quando inducit fideicommissum, uenit etiam in illam, & in illud, quod quis habet ex successione facta alijs per fideicommissum &c. consi. 7.nu.32.

Alienandi prohibitio an inducat fideicommissum absolutum, an verò solum in casum alienationis, latè disputant Doct. sunt tamen duo casus clari, vt in consilio, quorum vno censetur inductum in casum alienationis tantum, altero absolutè, etiam post mortem, & quando hoc sit, declarat, consi.54 nu.1.

Alienandi in prohibitione qñ dictum fuit, ꝙ bona non egrediantur Domos familiæ vsque in infinitum, censetur inductum fideicommissum perpetuum, & absolutum, consi. 54.nu.2.

Alienandi prohibitio simplex si sit geminata, inducit fideicommissum absolutum, consi.54.nu.3.

Alienationis prohibitio si fiat per testatorem contemplatione certæ personæ, illa persona dicitur esse fideicommissaria in casum alienationis, scilicet persona, quæ tunc extat, consi. 106.nu.20.

Alienationis prohibitio. Dispositio testatoris vocãs agnatos in casum alienationis, debet intelligi, dummodo persoluant precium, prout continetur in alia parte testamenti &c, consi.30.nu.10.

Alienandi prohibitio quamuis non excludat succedentes ab intestato, illud tamen non procedit, quando prohibitio censetur iniuncta non tantum personis, sed rebus, puta, si dictum fuit, quod bona deberent permanere in filios filiorum, & descendentes masculos, consi.413.nu.4.

Alienatio si fuit prohibita, & factum fideicommissum, & testator dixit, volo tamen quod possint testari, prædicta verba intelligũtur de facultate testandi inter ipsos vocatos tantum: & quibus rationibus, consi.413.nu. 10.

Alienatio si sit prohibita per testatorem inter descendentes, & testator apposuerit exceptionem, seu illa verba, quod non possint alienare, nisi inter eos, an à contrario sensu, seu vigore exceptionis cẽseatur concessa alienatio inter eos: & quid operentur illa verba, consi.413.nu.12.

Alienatio si fuit prohibita per testatorem cuiussuis maneriei inter descendentes, nisi inter eos &c. quid sequatur in sensu contrario, seu in casu excepto, consi.413.nu.14.

Alienandi prohibitione expresse facta, emptores bonorum coguntur restituere bona, etiam quod dicant se non habuisse notitiam &c. consi.468.nu.8.

Alienationis prohibitio. Interrogatorium iudiciale fieri potest alicui ex descendentibus, nunquid velit reuocare bona alienata: qui si respondeat nolle reuocare, admittitur ad talem reuocationem interrogans, qui fuit vocatus in casum contrauentionis &c. consi. 479. nume.7.

Alienandi prohibitio quando non solum est facta, sed etiam fideicommissum absolutum, non sufficit, quod bona non exeant de familia generaliter, sed peruenire debent ad illos, qui ex fideicommisso sunt vocati, prout sunt proximiores, consi. 483.nu.43.

Alienandi prohibitione stante, illi, qui alienant, non solum ex dispositione expressa testatoris priuantis &c. sed etiam de iure communi efficiuntur indigni, & ab omni successione, & substitutione fideicõmissaria exclusi dicuntur, consi.484.nu.3.

Quæ conclusio etiam procedit in filio alienante legitimam contra prohibitionem testatoris, quia non admittitur ad portionem alterius alienantis d. consi.484.nu.4. & infra, legitima.

Alienare prohibitus non prohibetur relinquere, vel ab intestato, vel etiam facto testamento, illis, qui sibi sunt ab intestato successuri, consi.123.nu.14. Et intellige, vt ibidem nu.21.

Alienare prohibitus potest relinquere abintestato, vel etiam facto testamento, illis, qui sunt successuri ab intestato, quando est simplex prohibitio, secus si verba sint geminata &c. consi.123 nu.21.

Alienationis prohibitio, seu pactum de non alienando, an, & quando comprehendat institutionem hæredis, vel hæredem abintestato, & an institutionem hæredis extranei, & quando, vide in consi. 194. præsertim nu.1.

Alienandi prohibitio quando fit per legem, vel testatorem, vel statutum, per verba valde enixa, puta, nullo titulo, quouis modo &c. tũc censetur prohibita etiam successio abintestato, consil. 218. nume.7.

Alienandi prohibitio in personas certas, & prohibitio alienandi in genus certum personarum, vt primo casu censeatur prohibita successio ab intestato, non autem secundo casu, quomodo debeat intelligi hæc communis distinctio Doctorum, vide optimè declaratum, & aliam distinctionem meliorem, consi. 218. nume. 9.cum nume. sequen.

Alienandi prohibitio, an, & quando comprehendat successionem ab intestato, alia melior distinctio Bar. videlicet an prohibitio sit facta limitatiuè respectu personæ, in quam non debet fieri alienatio, an limitatiuè respectu personarum, in quas potest alienari, & vltra eas prohibitio sit generalis, consi. 218.nu.16.

Alienandi prohibitio extra certum genus personarum, non admittit hæredem testamentarium, sed duntaxat admittit venientem abintestato: & tamen si contingat, quod instituatur hæres, qui erat successurus ab intestato, admittitur, consi. 275.nume. 11.cum nume. sequen.

Alienandi prohibitione stante inter omnes descendentes, quando nõ cense-

Alie-

Ante-

Ban-

Castrum,

Citatus

Con-

Conditio. Filij positi in conditione licet non censeantur vocati ex testamento, secundum opinionem glossæ in l. Lucius. la. 2. ff. de hæred. institu. magis communiter approbatam, quæ tamen habet plurimos contradicentes: nihilominus si præter expressionem simplicis conditionis, extet probabilis aliqua coniectura, vel ratio, tūc censetur vocati, ex magis communi etiam opinione Doctorum, cons. 568. nu. 17.

Conditio. Liberi positi in conditione licet non censeantur vocati ex testamento, secundum glo. in l. Lucius, quæ est magis communiter approbata, habentur tamen pro vocatis, si ex testamento colligitur probabilis coniectura id requirens: & vide vnam coniecturam in casu, de quo in consilio, cons. 581. nu. 6.

Conditio. Filij positi in conditione censentur venire ex tacita dispositione Iuris communis, & non tanquam vocati, sed censentur vocati, quando est dictum de masculis, secūdum aliquos Docto. Item quando constat ex alia principali parte testamenti, seu inuestituræ, quod fuerunt vocati expresse, cons. 511. nu. 12.

Conditio. Dictio masculis, adiecta in conditione, veluti si sine filijs masculis &c. operatur, quod filij positi in conditione censentur expressè vocati per testatorem, & saltem concurrente aliqua alia cōiectura, cons. 86. nu. 11.

Conditio. Dictio masculis, adiecta in conditione, puta si sine filijs masculis &c. facit quod filij positi in conditione censeantur expressè vocati, secundum magis communem opinionem: & quæ sit ratio, cons. 87. nu. 11.

Conditio. Liberi positi per testatorem in conditione censentur vocati solum abintestato, sed id non procedit, quando dictum fuit, si decesserit sine liberis masculis, quia tunc veniunt tales masculis expressè ex testamento, cons. 165. nu. 11.

Conditio. Positi in conditione censentur vocati ex testamento, quādo testator dixit, si sine masculis &c. quia alioquin non possent excludere feminas, si venirent duntaxat abintestato, & tantomagis stantibus illis verbis, sine masculis legitimis, & de legitimo matrimonio natis, & procreatis, cons. 312. nu. 11.

Conditio. Positi in conditione nepotes masculi indefinitè, & vniuersaliter ad exclusionem substitutorum, ex voluntate testatoris manifestè debent excludere substitutos, & si non possunt excludere abintestato, necesse est, quod excludant veniendo ex testamento, quia aliter non posset habere effectum voluntas testatoris, & est communis opinio, cons. 312. nu. 8.

Conditio. Filij positi in conditione censentur vocati ex testamento, quando dictum fuit, de masculis: nam si debent excludere feminas necesse est, quod sint vocati ex testamento, & tantomagis etiā si dictum sit, de masculis legitimis, & de legitimo matrimonio natis, & procreatis, cons. 329. nu. 14.

Conditio. Substitutio quando dicit, & ipso decedēte sine filijs masculis, tunc non procedit glo. in d. l. Lucius, & filij positi in conditione censentur vocati, & secundum hanc opinionem fuit consultum, & iudicatum &c. cons. 464. nu. 2.

Quæ opinio potissimè procedit, vbi filij masculi non solum fuerunt positi in conditione, sed etiam expresse fuerunt grauati, quia tunc filij censentur vocati. d. consi. 464. nu. 3.

Et isto casu filij positi in conditione adeo censentur vocati, vt possint etiam alienata reuocare. d. consi. 464. nu. 4.

Conditio. Filij in conditione positi, etiam si sint grauati, quod non est prouisione expressa testatoris, & quod id etiam procedat, vbi est apposita qualitas masculinitatis, tenuerunt Rui. & Parisi. & plures alij Doct. cōtradicentes priori opinioni, & quando procedant horum autoritates, cons. 464. nu. 5.

Conditio. Opinio quod dictio, masculis, operetur, vt filij positi in cōditione censeantur ex testamento vocati, non caret disputatione, præsertim in locis, quibus extat statutum excludens abintestato feminas stantibus masculis, tamen propter alias rationes, & coniecturas supradictas, vt in consilio, filij masculi cēsentur vocati ex testamento, cons. 464. nu. 11.

Conditio. Liberi positi in conditione an censeantur vocati per substitutionem ex sola dictione, masculis, articulus est ambiguus, & Doctores varij: sicut etiam fuerunt Doctores in contrarijs inuicem opinionibus de glo. in l. Lucius, de qua licet magis communis opinio sit cum glo. quod non sint vocati, tamen Docto. fatentur, quod ex qualibet probabili coniectura censentur vocati, & vide coniecturas plures & ponuntur septem coniecturæ, cons. 476. nu. 1. cum sequen.

Conditio. Testator cum habet mentionem, vel dispositiuè, vel enunciatiuè, de suis descendentibus masculis, non semel tantum, sed sæpius, censetur habuisse rationem agnationis suæ, vt scilicet inter agnatos masculos ab eo descendentes bona omnia cōseruarentur, & est communis cōclusio: & tūc liberi positi in conditione censentur vocati, & inductum fideicommissum perpetuum, cons. 476. nume. 3. cum seq.

Conditio. Testator si dixit, ita etiam & taliter quod omnia bona, & Iura mea perueniant, & peruenire debeant in superuiuentes, & in eorum descendentes masculos, etiam vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, hęc verba continent fideicommissum expressum fauore descendentium, & ipsum etiam cōtinerent, dato quod non fuisset expressa illa clausula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, & censentur vocati, cons. 476. nu. 7.

Et an aliquid obstet, quod non vocauerit omnes descendentes absolutè, sed illos tantum, qui essent superstites in casum, quo aliquis ex filijs decederet sine masculis, qui casus non euenerit, ibidem, vbi quod non.

Conditio. Testator si voluit, quod descendentes feminæ non admitterentur ad hæreditatem, sed prouideretur eis de competenti dote, ex necessitate sequitur, quod masculi descendentes censeantur expresse vocati per substitutionem, quia alioquin si solum venirēt abintestato ipsi masculi non haberent ius excludendi feminas: & est ratio necessaria, & tunc cessat ratio Doctorum volētium, quod dictio, masculis, nihil faciat ad glo. in l. Lucius, consilio. 476. nume. 9.

Conditio. Si omnes descendentes masculi filiorum sunt positi in conditione, & omnes sunt vocati ad portionem decedentium sine masculis, perinde est ac si nominatim, & separatim quilibet fuisset vocatus, & nominatim, & separatim quilibet fuisset positus in conditione, cons. 476. nu. 15.

Conditio. Filij positi in conditione quod censeantur vocati, vna coniectura est, si fuit adiecta dictio, masculis, quæ tamen opinio habet aliquos contradicentes, cons. 568. nu. 18.

Conditio. Filij positi in conditione quod censeantur vocati, alia est coniectura, & fortior, & per se sufficiens, videlicet quādo testator sæpe habuit mentionem masculorum in omnib. substitutionibus: quia tunc colligitur euidenter eum id fecisse, vt bona conseruarētur in agnatione, quatenus scilicet extent personæ per eum nominatæ, id est, masculi descendentes ab eo, & deinde masculi descendentes à fratribus ipsius in casu, de quo in consilio, quod fieri nō potest nisi per fideicommissum, cons. 568. nu. 22.

Conditio. Filij positi in conditione censentur vocati ex testamento, quando testator fecit fideicommissum fauore agnationis suæ: & mentio masculorum, & exclusio fœminarum arguunt fauorē agnationis, cons. 87. nu. 14.

Conditio. Cessante etiam qualitate masculinitatis, quotiescunque aliquis ponitur in conditione ad exclusionem alterius, qui est in eodem gradu abintestato, tunc semper talis positus in conditione censetur uocatus ex testamento, & est communis opinio, cōs. 329. nume. 15.

Conditio. Coniectura seu ratio necessariò concludens, quod non tantum filij positi in conditione, sed etiam cæteri omnes agnati pximiores, quamuis non nominati in testamento specialiter, censeantur uocati, est, si inter eos debent bona perpetuò conseruari, & censetur inter eos factum absolutum fideicommissum, quia tūc sine dubio censentur uocati ex testamento ad fideicommissum, scilicet prout quisque erit proximior, cons. 483. nu. 34.

Conditio. Filii positi in conditione quod censeantur uocati, alia coniectura est, quando testator fecit substitutionem secundam non solum filiis suis, sed etiam eorum descendentibus, consilio. 568. numero. 21.

Cōditio. Testator si post aliquot gradus substitutionum uocauit substitutum ad bona sine diminutione, tunc filii, qui sunt in prima institutione, & in conditione positi, dicuntur uenire ex dispositione expressa, cons. 464. nu. 9.

Conditio. Testator si fecit plures gradus substitutionum, tunc omnes in conditione positi censentur expressè uocati, consilio. 464. nu. 10.

Conditio. Positi in conditione censentur uocati ex testamento, quādo in secūdo gradu substitutionis uocauit testator filias, & earum omnes descendentes, quia una substitutio solet aliam declarare, & una debet suppleri per aliam, præsertim si in alio gradu nisi nepotes censerentur uocati, admitteretur extraneus, consilio. 312. nume. 12.

Conditio. Quando filii positi in conditione sunt etiam expressè uocati per alia uerba in aliquo casu, tunc censentur etiam uocati in casu ipsius conditionis, & est communis conclusio, consilio 476. nume. 14.

Conditio. Positi in conditione censentur etiam expressè uocati, quādo testator ultimo loco substituit extraneos, id est, non descendētes, cons. 86. nu. 12.

Conditio. Testator quando vltimo loco substituit extraneos, tunc positi in conditione censentur expressè uocati ex testamēto, & quæ sit ratio, & an, & quando sit uera hæc opinio, optimè declarat, consi. 87. nu. 12.

Conditio. Testator si prouidit de substituto extraneo, an censeatur uocasse filios positos in conditione, & filiis, seu descendentibus extantibus, quod non admittatur substitutus extraneus, tanquam defectus conditione, & nihil referat ad eius exclusionem, utrum filii succedant ex testamento, uel abintestato, consilio 329. nume. 9.

Conditio. Filii positi in conditione ad exclusionem extraneorum cēsentur uocati per fideicommissum, sed hoc non caret difficultate, cons. 467. nu. 12.

Conditio. Liberi positi in conditione censentur uocati, si ultimo loco facta sit substitutio de extraneis, quod fundamentum licet di-

deatur

Confinia, Confines.

& quo-

perit

Doctor.

Do-

Do-

Dona-

Dota-

Dotis

Epiſtolam

Estimum.

Facta,

F

sint

ditorum

Et

tale

facta per mortem Vassalli, ex æquitate tenetur erga illos, quibus tenebatur Vassallus, & eius bona, consilio 209. numero decimotertio.

Feudum. Pecuniæ uersæ in utilitatem feudi, censetur uersæ in utilitatem eius, ad quem feudum peruenit, & per consequens ipse tenetur creditoribus &c.consi.209.nu.14.

Feudum quando reuertitur ad dominum mortuo Vassallo sint legitima sobole, an dominus teneatur ad debita Vassalli, & an Vassallus ad creditas pecunias domino, consi.210.nu.2.

Feudi successor quamuis non sit hæres, tenetur tamen ad omnia debita contracta occasione ipsius feudi, vel acquirendi, vel conseruandi, consi.290.num.16.

Feudi dominus quando teneatur ad debita Vassalli, licet non sit eius hæres, consi.210.nu.20.

Feudi dominus si detinet res allodiales Vassalli, debet satisfacere creditoribus vsque ad valorem dictarum rerum, consil.210. numero 28.

Feudi dominus si agnouit bonam fidem, & cepit satisfacere creditoribus, vel fecit eis assignationes, seu delegationes, non potest mutare sententiam, & eas reuocare, consi.210.nu.29.

Feuda si peruenerunt ad Cameram, an Camera teneatur ad debitum contractum per feudatarium pro recuperatione Castri de manibus Inuasorum: & an, & quando successor in feudo teneatur ad debita prædecessoris, uide in consi.337.

Feudum. Communis est conclusio, quòd quamuis successor in feudo non teneatur ad debita prædecessoris, id procedit quò ad debita hæreditaria: non autem quò ad debita contracta occasione feudi, consi.337.num.1.

Feudi successor tenetur ad debita prædecessoris contracta occasione feudi: & id procedit non tantum in debito intrinseco, id est, quod concernit utilitatem ipsius feudi immediatè, uerum etiam in debito extrinseco, ueluti si Vassallus contraxerit debitum propter exoluendam dotem filiarum domini, uel pro danda militia fratri suo, uel generaliter si quid fecerit occasione ipsius feudi compellente, consi.337.nu.4.

Feudali in re impensæ utiliter factæ possunt detrahi, si feudum perueniat deinde ad agnatum, uel ad dominum, consilio 337. numero 3.

Feudum. Impensa facta in recuperanda possessione Castri, censetur facta occasione ipsius feudi annexi, seu constituti super ipso Castro, consi.337.nu.6.

Feudum. Impensa, & custodia Castri pertinet ad illum, sub cuius custodia est commissum, non autem ad dominum, secundum Bart. qui tamen fuit sibi contrarius: Sed concordatur communiter, quòd impensa temporalis, & pauci momenti pertinet ad custodem Castri: secus autem si sit impensa notabilis momenti pertinens ad perpetuam rei utilitatem, consi.337.nu.10.

Feudi, seu Castri defensio ad quem pertineat, uide in consi.403. & supra, Castrum.

Feudum quando ex defectu lineæ deuoluitur ad dominum, non tamen deuoluuntur meliorationes factæ in rebus ipsis feudalibus: sed debentur hæredibus ipsius Vassalli decedentis: & multo magis creditoribus: & quæ sit ratio, consi.209.nu.7.

Feudum. Melioramenta facta in feudo debentur hæredibus Vassalli decedentis sine linea, siue sint melioraměta accessoria, siue subsistentia per se: & possunt etiam hæredes retinere feudum, nisi dominus soluat precium melioramentorum: & non accedunt feudis, si possunt per se subsistere, consi.209.nu.9.

Feudatarius si multa recuperauit, quæ erant de perdita sine eius culpa, & facto, censetur ea habuisse ex nouo titulo, id est, iure proprio, & non tanquam annexa feudo, consi.209.nu.10.

Feudum. Melioramenta facta in feudo etiam si non extent, sed probetur factas fuisse impensas notabilis momenti occasione feudi, tenetur ad eas successor in feudo, consilio 209. numero decimoprimo.

Feudi dominus obligatur Vassallo propter impensas, uel melioramenta necessaria facta in feudo: & ideo moriente Vassallo sine successore, dominus debet soluere precium melioramentorum, uel ædificium constructum super feudo, consilio 210. numero 4.

Feudum. Ex mutuo facto Vassallo dominus non obligatur, nisi mutuum in rem domini uersum sit, puta in meliorando feudum uide infra, Mutuum.

Feudum. Vassallus conditionem domini meliorem reddere potest, deteriorem non: & feudum suo sumptu tueri debet, quemadmodum maritus dotem, & usufructuarius proprietarem: sed hæc intellige de modicis impensis, & præsentis utilitatis causa factis: non autem de magnis, & perpetuis, consi.210.nu.9.

Feudo reuerso ad dominum propter finitam inuestituram, tenetur dominus ad melioramenta in re feudali facta, consilio 210. numero 27.

Feudum an ueniat in confiscationem, uide supra, Confiscatio.

Feudum Vassalli delinquentis pertinet ad Comitem, uel Baronem, a quo fuit infeudatus, remissiuè, consilio 172. numero secundo.

Feudi priuatione facta per iudicem, uel per principem, si feudatarius prætendat se spoliatum, quid docere debeat, antequam audiatur in possessorio, uide infra, Possessorium, & infra, Spoliatus.

Feudum. Principi asserenti aliquem sibi subditum commisisse crimen læsæ maiestatis, & priuandum esse feudo, non creditur, uide infra, Princeps. Et de decreto Mediolani, quòd credatur literis Ducum asserentibus aliquod delictum, uel factum fuisse commissum per aliquem ex subditis, propter quod is priuandus sit feudo, uide etiam infra, Princeps, & consilio 433. numero 8. & 9.

Feudum. Vbicunque decretum imponit pænam amissionis feudi ipso iure, tunc non est necessaria aliqua sententia, uel declaratio, sed sufficit sola executio, consi.433.nu.10.

Feudum. Inuestitus si fuit aliquis a non legitimo principe, si superueniat legitimus princeps, talis inuestitura, & concessio facta, est nullius momenti, & nulla ipso iure: & ualet priuatio facta absq; aliqua citatione, uel declaratione, consi.433.nu.11.

Feudum. Principe legitimo superueniente, annullan inuestituræ, & concessiones factæ prius per principem nō legitimum: & quid si princeps legitimus successor approbauit eas per tacitum consensum: quid si aliquando uerbis, uel facto improbauit. Et super quorum Ducum Mediolani priuilegijs fiat difficultas, consi.434.nu.34.

Feudum. Infeudationes, & alia facta per Duces, dominos, seu principes legitimos, sunt ualidiora, & derogant his, quæ facta fuerunt per alios Duces, seu dominos non legitimos, consilio 511. num.35.

Feudum. Infeudationes factæ in Dominio Mediolani per Ducem Franciscum Sfortiam primum, & per Ducem Ludouicum, Duces Mediolani, quomodo sustineantur: & quæ præualeant, consi. 511.nu.34.cum seq.

Feudum. Dux Ludouicus Dux Mediolani non fuit legitimus Dux, antequam impetraret inuestituram a Cæsare, sed postea eam impetrauit: & emissit edicta, quòd feudatarij sui susciperent nouas inuestituras feudorum, consi.511.nu.36.

Feudi inuestituram ad petendum non potest minor restitui, si fuit monitus per principem ad eam prius petendam intra annum, & diem, consi.328.nu.17.

Feudo priuatur, quando quis non obtinuit debitas inuestituras a principe: & tali casu quando feudum perditur propter inuestituram non petitam, feudum pertinet, non domino, sed agnatis, consi.599.num.27.

Feudum. Rex si concesserit militi castrum cum illis uerbis, & uolo quòd non deferatur hæredi, nisi de corpore tuo preuenti: talis concessio censetur limitata præcisè ad omnes ipsos hæredes de sanguine illius militis: & quandocunque, & in quocunque gradu extinguatur talis linea, castrum quamuis non feudale reuertetur ad ipsum concedentem, seu ad eius hæredes, consilio 346. num.19.

Feudum. Rex si concedat Castrum, & dicat, & uolo quòd non deferatur hæredi, nisi de tuo corpore prouenienti: si subiecta esset adhuc alia clausula, scilicet si decedas sine hæredibus &c. extinguitur talis conditio, relicto uno hærede ex suo corpore: & an id sit uerum: & quando non procedat, consilio 346. numero uigesimo secondo.

Feudum, seu Castrum si princeps concedit alicui pro se, & descendentibus ex suo corpore, ita quòd si sine talibus descendentibus decesserit, reuertatur Castrum ad ipsum principem concedentem: & contingat illum primum inuestitum decedere cum talibus descendentibus, sed eius filios, uel alios inferiores decedere sine descendentibus: reuertitur semper Castrum ad ipsum principem, uel ad eius successores: & est magis communis opinio, consi.383.nu.7.

Feudum. In materia feudali dictio, quilibet, idem importat, quod aliquis, consilio 287. numero settimo & uide infra, Quilibet.

Feudum. In materia feudali non solet habere locum ius accrescendi, sed solet actus tribui singulis pro uirili, consilio 287. num.8.

Feudi consolidatione censetur extinctum dominium vtile, consilio 376.nu.7.

Feudum. Renuntiatio simpliciter facta omnibus suis iuribus sibi competentibus ad feudum, non nocet quò ad ius primogenituræ postea delatæ, consilio 380. num. 4. & uide infra, Primogenitura.

Feudi alicuius renuntiatio non præiudicat, quin peti possit idem feudum ex noua successione postea delata, etiam si sit feudum primogenituræ, consi.380.nu.8.

Feudatarius. An subditi uel uniuersitas loci litigaturi aduersus dominum, uel feudatarium, possint se congregare sine licentia domini, uide supra, Communitas.

Feudatarius simpliciter an dicatur Baro: & an magnus nobilis, uide supra, Baro, & infra, Nobilis: & an ueniat appellatione nobilium simpliciter, ibidem.

Feudatarij aliqui reperiuntur multum potentes, quia sunt inuestiti de multis castris, & tamen non sunt Comites, neque

id, quod superest solutis legatis, consi.273.nu.6.

Fideicommissi bona immobilia non prohibentur alienari ex causa dotium, consi.273.nu.5.

Fideicommisso bona subiecta licitum est de iure alienare, etiam immobilia, pro dotibus soluendis, & pro legatis omnibus soluendis: & quid si expresse testator prohibuit alienationem bonorum immobilium, & disposuit solui debere dotes, & legata de reditibus, & fructibus bonorum, consi.273.nu.8.

Fideicommissum. An legata solui debeant per hæredem grauatum de fructibus bonorum fideicommissi, an uerò de bonis immobilibus, an de mobilibus, uide in consi.287.

Fideicommissum. Onus soluendi legata pertinet absolutè, & in totum ad fideicommissarium uniuersalem, consi.287.nu.31.

Fideicommissum. Legatorum solutio quia pertinet ad fideicommissarium uniuersalem, an si fuerunt soluta per hæredem, præsumatur soluta de bonis mobilibus testatoris, stãte prohibitione alienandi immobilia, & ita non possint repeti, consi.287.nu.33.

Fideicommissum. Legata an solui debeant per hæredem de fructibus per eum perceptis pendente conditione fideicommissi: & quod fructus comprehendantur in fideicommisso cum apparet testatorem ita uoluisse: item quando testator grauauit hæredem ultra uires hæreditarias, consi.287.nu.40.

Fideicommissum. Fructus cedunt lucro hæredis grauati, nec comprehenduntur in fideicommisso: & hæc est regula, quæ non procedit, quando apparet de cõtraria uoluntate testatoris, consi.287. num.41.

Fideicommissum. Legata non solui de fructibus bonorum fideicommissi per heredem grauatum censetur uoluisse testator, quãdo iussit legata solui intra annum, & fructus bonorum testatoris non sunt tanti reditus consi.287.nu.42.

Fideicommissum. Legata an sint soluenda de fructibus bonorum fideicommissi, quando testator grauauit hæredem ultra uires hæreditatis, consi.287.nu.44.

Fideicommissum. Legata quòd sint soluenda de fructibus, quando sunt ultra uires hæreditarias, solùm procedit, quando fideicommissum est purum: sed si fideicommissum est conditionale, & legata sunt pura, tunc nulla est facienda contributio cum fructibus, qui interim percipiuntur per hæredem, sed totum onus legatorum pertinet ad bona subiecta fideicommisso, & eo modo minuit fideicommissum ipsum, consi.287.nu.49.

Fideicommissum. Si fiant legata particularia, & fideicommissa uniuersalia simpliciter in uno testamento, fit interpretatio, quod prius soluantur legata: residuum postea comprehenditur sub fideicommisso, consi.287.nu.47.

Fideicommissum. Legata si fuerunt persoluta per hæredem grauatum, habenda est eorum ratio in restitutione fideicommissi, & dimittenda sunt tot bona hereditaria ipsi hæredi, quæ æquiualeant pecuniis persolutis propter legata, consi.287 nu.52.

Fideicommissum. Interesse etiam legatorum, quorum onus pertinebat ad fideicommissarium, solui debet hæredi grauato ratione bonorum, quæ ei adiudicanda sunt pro talibus legatis persolutis, consi.287.nu.59.

Fideicommisso facta, & prohibita alienatione, relictis legatis, seu dotibus filiabus testatoris, possunt alienari bona pro dictis legatis, seu dotibus debito modo, id est, dummodo alienatio non excedat quantitatem legati, seu legitimæ, uel dotis: alioqui rescinderetur, consi.360.nu.5.

Fideicommissi bonorum alienatio facta ex causa dotis legatę dum modo tempore alienationis non excederet legatum, nihil postea refert, quod res alienatæ fiant maioris precij propter cursum temporis, consi.360.nu.7.

Fideicommisso res subiectæ possunt alienari ex causa dotis, etiam quòd testator non legauerit talem dotem, & etiam si bona sint expressè prohibita alienari, secundum magis communem opinionem: & multomagis si testator legauit dotem, consil. 360. num.3.

Fideicommissi bona, uel prohibita alienari, an possint alienari ex causa dotis, siue testator legauerit dotem, uel non legauerit, uide in consi.360. & supra, Alienatio.

Fideicommissum quando est uniuersale, onus legatorum pertinet in totum ad ipsum fideicommissarium uniuersalem, non autem ad hæredem, consi.13.nu.10.

Fideicommissum. Dos data filio, uidente, & consentiente patre, potest restitui, seu solui de bonis subiectis fideicommisso, consi.311. nume.5.

Fideicommissum. Vxor potest petere consecutionem dotis suę etiã de bonis subiectis fideicommisso: & an authen. res quæ. C. commu. de lega. procedat etiam in dote restituenda, & quando, consi. 447.nu.34. cum sequen.

Fideicommissum. Dos debet restitui etiam de bonis subiectis fideicommisso: & auth. res quæ. C. commu. de lega. procedit etiam in dote restituenda, quando sumus in tali casu, quo si uiueret is, qui fecit fideicommissum, teneretur eam restituere: quod magis communiter intelligitur, quando is, qui tenetur dotem restituere, est de descendẽtibus illius, qui fecit fideicommissum, consil. 447.nu 35.

Fideicommisso subiecta bona possunt alienari pro restitutione dotis indistinctè, secundum aliquos Docto. dicentes, ita magis communem opinionem esse, consi.447.nu.36.

Fideicommissum. Inuestitus de bonis si uiueret, & esset obligatus ad restitutionem dotis, possent bona alienari post eius mortem, etiam non obstante fideicommisso: & ad idem censetur teneri quicunque ueniens ex illius persona, consi.447.nu.45.

Fideicommissi bona an possint alienari pro restitutione dotis; & an authen. res quæ. C. commu. de lega. procedat etiam in dote restituenda, uide in consi.502.

Fideicommisso non obstante, est licita alienatio bonorum pro restituenda dote, iuxta authen. res quæ. C. commu. de lega. quæ licet principaliter loquatur de dote constituenda, extenditur tamen etiam ut procedat in dote restituenda: & est magis communis opinio, consi.502.nu.12.

Quę opinio saltem procedit sine cõtradicente in casu, quo factum est fideicommissum per illum, qui si uiueret, teneretur se obligare pro restitutione dotis, prout tenetur pater pro filio. d. cõs.502. nume.13.

Et quod dicta authen. res quæ, procedat cõditionaliter, uidelicet quã do legitima filiorum non sufficeret ad talem restitutionem. d. consi.502.nu.14.

Fideicommissum. Dos an censeatur fuisse consumpta ex fructibus perceptis ex bonis subiectis fideicommisso: & quòd quando ipsamet filia, quæ erat dotanda, fuit instituta hæres, & grauata, tunc de facili fiat interpretatio, quòd si fructus sufficiant ad dotem, non possint alienari bona fideicommissi: & qua ratione: & de tex. in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad trebel. & quomodo in hoc procedat ille tex. consi.502.nu.17. cum seq.

Et quod procedat, quãdo probatur extare tot fructus, scilicet eodem tempore, & in unam summam congregatos, qui sufficiant ad dotem constituendam: & quòd non procedat hodie in liberis primi gradus: item nisi probetur, quòd ille grauatus fideicommisso habeat se malitiosè circa perceptionem fructuum. d. consil. 502. nume.18.

Fideicommisso subiecta bona possunt alienari non solum pro constituendis dotibus, sed etiam pro restituendis, secundum magis communem opinionem, consi.503.nu.5.

Et id procedit facilius in casu, quo factũ fuit fideicommissum per illum, qui si uiueret, teneretur talem dotem restituere. d. consi. 503.nu.6.

Et ueluti si agatur de restituenda dote nurui ipsius testatoris, & ipse si uiueret, teneretur eam restituere. d. consi.503. nu.7.

Et procedũt prædicta, etiam quod facta sit expressa prohibitio alienãdi, dummodo nihil sit expressum de dote; & est communis opinio. d. consi.503.nu.8.

Fideicommissi bona quia possunt in causam dotis alienari, censentur etiam usque ab initio fuisse hypothecata pro dote, cum maritus non haberet alia bona. consilio 503. nume. 23. & uide supra, Dos.

Fideicommissum. Bona prohibita alienari per ultimam uoluntatem, quod possint alienari ex causa dotis, procedit id in dote constituenda, puta si opus sit dotare filiam aliquam, uel alio modo descendentem ab ipso, qui fecit fideicommissum: si uerò agatur de dote restituenda, præsertim extraneæ, est maxima disputatio inter Doctores, an fieri possit alienatio, consilio 522. numero nono.

Et uidetur magis communis opinio esse, quòd tunc duntaxat possit fieri alienatio, cum mulier est talis, quod si ille, qui fecit fideicommissum, uel prohibitionem, uiueret, teneretur eam dotem restituere, uel obligare se pro tali restitutione, euenìente casu, ueluti si sit pater, uel auus paternus mariti. d. consilio 522. numero decimo.

Et dos confessata nõ habet tale priuilegium. d. consilio 522. numero undecimo.

Fideicommissum. Dos potest constitui etiam de bonis fideicommissi, etiam si sint expressè prohibita alienari, consilio 608. numero duodecimo.

Et quãdo soror fuit dotata de bonis fideicommissi, id, quod habet ultra dotem competentem, puta si fuit constituta magna dos, debet restituere uocatis ad fideicommissum: ut simile dici solet de re emphitheotica alienata, consi.608.nu.13.

Fideicommissum. Ad fideicommissarium nihil pertinet de fructibus medij temporis, uidelicet cum fideicommissum est conditionale: & est communis opinio, consi.273. nu.9.

Fideicommissum. Pensiones, & usuræ, & cæteræ accessiones ciuiles prouenientes ex rebus subiectis fideicommisso, si non sint exactæ per hæredem grauatum, pertinent postea ad fideicommissarium, secus autem si sint exactæ: & tamen non prohibetur grauatus eas exigere, & eo lucro priuare fideicommissarium, consi. 273.nu.11.

Fideicommissum. Quòd usuræ, & pensiones non exactæ per heredem grauatum pertineant ad fideicommissarium, an id intelligatur in accessionibus merè ciuilibus: an uerò etiam in pensionibus, quæ præstantur propter prædia rustica, uide in consilio 275.

Fide cõm-

Fideicom-

Fideiussio, Fideiussor.

Filius,

Filius, seu tanquam filius censetur nepos, stante patre bannito, consil.377.nu.47.

Filiorum, seu nepotum obtinentium primum locum, non solet esse minor fauor in bonis paternis, quam sit fauor ecclesiæ, aut alterius causæ piæ, consi.377.nu.51.

Filius non subintrat locum patris in fideicommissis, & alijs dispositionibus hominum, secundum magis communem opinionem, & veriorem, consil.60.nu.10.

Filius, seu nepos admittitur cum patruo, quando agitur de hæreditate ascendentis, etiam in fideicommissis, & est magis communis opinio, consil.327.nu.5.

Filij non possunt subintrare in locum patris in fideicommisso transuersalis: & est communis, & indubitata conclusio utriusque scolæ: & præsertim quando testator uocauit proximiores, consilio 484.nu.2.

Filius an succedat loco patris in fideicommissis, & sic nepos admittatur cum patruo equis portionibus: & casum, quando nepos admittitur cum patruo in fideicommisso: & an ius fideicommissi conditionalis transmittatur, & nepos admittatur saltē vigore transmissionis: & ex quibus coniecturis, uide in consi.608.

Filius non solet succedere loco patris in fideicommissis, sed excluso ipso filio, id est, nepote, solet admitti patruus superstes, cum sit proximior testatori, & soleat in testamentis considerari proximitas, & affectio testatoris: & est magis communis opinio, consi.608.nu.1.sed vide ibidem nu.5.& nu.7.in fi.

Filius seu nepos admittitur æquis portionibus cum patruo in fideicommisso, & dēt succedere loco patris sui perinde ac si pater uiueret: & quando, uidelicet quando ex verbis substitutionis, vel fideicommissi constat, testatorem unico contextu, & unica orationehabuisse pari gradu, & pari tempore rationē non solum filiorum, sed etiam descendentium ab eis: & vide exemplum, consi. 608.nu.4.

Filius licet regulariter in fideicommissis non succedat loco patris, neque pater transmittat ius fideicommissi conditionalis ad filium, sed patruus præferatur nepoti tamen si potest ex aliqua coniectura deprehendi, quòd testator uoluerit nepotem debere admitti una cum patruo, tunc debet admitti, saltem uigore transmissionis, consil.608.nu.7.

Et inter alias coniecturas, solet illa censeri clarior, & potentior, qua testator ad substitutionem uocat aliquem, & eius filios, uel eius descendentes, vel eius hæredes: quia tunc non tantum est coniectura, sed aperta probatio, & expressio uoluntatis suę. d. consi.608.nu.6.

Et quando etiam non solum in prima, sed sequenti substitutione, qua quis fuit uocatus, facta fuit mentio unico contextu ipsius, & filiorum suorum, ac descendentium, & in omnibus etiam substitutionibus dictum fuit, in stirpes, & non in capita: istę duæ coniecturæ etiam arguunt veriorem uoluntatem, & deliberationem testatoris, quòd esset locus transmisioni, dicto consilio 608. nume.7.

Et quid si nepos fuit penitus exclusus a patruo in testamento, qui solum instituit hæredem fratrem suum, & ita auum patruum nepotis: quid saltem operetur tale testamentum, quanuis non præiudicet fideicommisso facto per auum paternum. d. consi.608. num.8.

Filius non succedit loco patris in fideicommissis: & ad hoc allegantur plures Doctores: & est magis communis opinio: & Decius, qui aliquando uoluit contrarium, malè loquitur, & sine ratione, secundum Rubeum, consi.624. nu.1.

Et ubi uocantur descendentes per nomen collectiuum, tunc inspicitur proximitas grauati, & non testatoris, & ueniunt proximiores.d.consi.624.nu.2.

Filius, ꝙ succedat loco patris in fideicommissis, uoluerunt aliqui Doct. & expressè in fideicommisso patrui, uel aui, consil.624. numero 3.

Filius non representat personam patris in fideicommissis: quia in eis admittuntur proximiores, quanuis agatur de successione ascēdentis, secundum multos Doct. Sed contraria opinio uidetur uerior, secundum Deci. quia in fideicommissis succeditur ad modum intestati, consi.624.nu.9.

Et an representet ex coniecturis: & quando appositum fuit nomen collectiuum, tunc secundum Rubeum filius non intrat locum patris, ibidem nu.10.

Filius non succedit loco patris in fideicommissis, etiam uocantibus omnes descendentes, consi.695.nu.3.

Filius, seu nepos intrat in locū, & gradum patris in successionibus aui, & patrui, consi.758.nu.1.

Filius, seu nepos ꝙ intret in locum patris in successionibus aui, & patrui, quanuis iura uideantur loqui in dispositione legali, tamē idem etiam uidetur esse in dispositione hominis, scilicet testatoris, iuxta gl. in §. in fideicommisso, cum qua Doct. magis cōmuniter transeunt: & latè quòd sit magis communis, reiecto Bal. contrarium tenente in d. §. in fideicommisso, consil. 758. numero 3.

Et ꝙ ista opinio sit probabilior, & uerior, & tenenda in consulendo, & iudicando, ibidem.

Et ꝙ non sit in consideratione, ꝙ nepos non esset natus, neque conceptus tempore mortis aui, ibidem.

Et ꝙ Decius sibi contrarius, & retractās opinionem suam, de qua in consi. primo, tenuit ꝙ quando agitur de succedendo ascendenti, tunc nepos intrat gradum patris, etiam in dispositione hominis.d.consi.758.nu.4.

Filius, seu nepos representat personam patris sui, & succedit cum alijs patruis, quando agitur de successione patrui, consilio 200. nume.22.

Filius succedit loco patris, non solum in hæreditate aui, sed & in hæreditate patrui, secundum magis communem opinionem: sed id non procedit, quando patruus decessit ante patrem illius, qui uult succedere, & talis pater deinde decedit, non adita hæreditate, consi.284.nu.2.

Filius, seu nepos representat personam patris, quando tractatur de hæreditate ascendentis, & succedit una cum patruis suis, scilicet in stirpes eo modo, ac si pater eius uiueret, & hoc de iure communi: sed quid in nepte: & stante statuto excludente fæminas stantibus masculis, consi.474.nu.4.cum seq.

Filius an succedat loco patris in substitutione facta per testatorem, consi.511.nu.4.& infra, Substitutio.

Filius aliquando in testamentis non succedit loco patris, sed excluditur per proximiorem testatori, quanuis sit remotior ab eo, qui decessit: & qua ratione id dicant Doct.consi.511.nu.6.

Filius in succedendo, communis opinio est, quòd nō repręsentat personam patris, nisi in duobus casibus, remissiuè, consilio 633. numero 4.

Filia si sit inferioris gradus, & agitur de successione transuersalis, non admittitur loco patris, consi.695.nu.2.

Filius representat personam patris in successione feudi, consil.60. nu.16.& uide supra, Feudum.

Filię debent esse melioris conditionis, quam neptes, & melioris conditionis neptes, quam proneptes, consi.245.nu.2.

Filius præsumitur in potestate patris: & quicquid habet, præsumitur esse patris: & etiam bona aduentitia non potest filius alienare, uiuente patre, qui est eorum usufructuarius, & administrator, consi.112.nu.4.

Filiorum bona si fuerunt alienata per patrem, uide infra, Pater.

Filijs an presumantur donata ea, quæ pater impendit in eos, uel causa studiorum, uel simili &c. uide supra, Donatio, & supra, Diuisio.

Filius quicquid acquirit, acquirit patri: uerum est in profectitijs, non autem in aduentitijs, neque in castrensibus, uel quasi, consi. 248.nu.9.

Filij bona si fuerunt uendita per matrem, cum consensu ipsius filij, qui tamen erat mente captus, ꝙ possit rescindi uenditio per ipsum filium: & quid si est donatarius matris, an possit uenire contra illius factum, uide in consi.257.

Filijs, & descendentibus nondum natis potest aliquis acquirere, uide supra, Acquirere.

Filius an præsumatur emere de pecunijs suis, an de pecunijs patris, uide supra, Emptio.

Filios non procreare, uel procreare abortiuos, paria sunt, uide supra, Abortus.

Filius. Qui nunquam fecit mentionem de filijs, sed de extraneis, ne rimilis est, & uerum iuris præsumptione, quòd non cogitauerit de filijs, consi.125.nu 10.

Filijs stantibus, nemo est, qui non præsumatur melius uoluisse sibi prouidere, quam eis non stantibus, consi.125.nu.11.

Filios præsumitur magis diligere pater, quam se ipsum, uide infra, Pater.

Filij positi in conditione an censeantur uocati, uide supra, Conditio, ubi posui.

Filius. Dispositio si faciat mentionem de filijs, seu liberis alicuius simpliciter, tunc refert, ꝙ nascantur tempore testamenti, uel mortis testatoris, uel aditæ hęreditatis: secus si natiuitas liberorum sit collata in futurum tempus, quia tunc admittuntur, quandocunque nascantur ante mortem hæredis, consilio 166. numero 13.

Filij quòd essent nati tempore mortis testatoris, an referat, quando dispositio est collata in futurum, uide in consilio 167.

Filiorum, seu liberorum natiuitas quando confertur per testatorem in aliquem futurum euentum, uel in tempus futurum, satis est, quòd liberi extent eo tempore, licet nondum essent nati tempore mortui testatoris, quando dispositio est conditionalis, & non pura, consi.167.nu.28.

Filij nati, & concepti post euentum conditionis, sub qua uocatur substitutus, non excludunt eum &c. uide infra, Substitutus.

Filij quando debeant esse nati, uel concepti, uiuente ipso auo &c. vide infra, Substitutio.

Filius. Dispositio si principaliter concipiatur sub illa conditione, si decesserit sine liberis, uel sine hærede de suo corpore, satis est, quòd tempore mortis aliquis ex liberis extat, quicquid deinde contingat de eis: sed si dispositio concepta sit per

Forum.

Fru-

G

Gene-

Gra-

H

Et

non

Hypothe-

I

Ignorantia

Immunitas

Innocen-

scilicet

Ius

Et

M

Legi-

L. nun-

Malum

Masculi

N

Necessa-

Nomine

Nota-

O

P

Papa

Pęna-

quid

Et

q docet de iusto titulo: q restringitur, quando reus habuit possessionem sine uitio: & requiritur etiam, quod actor non dixerit reum clam possidere respectu possessionis ipsius actoris: & non sufficeret actori allegare eiusmodi clandestinam possessionem, nisi etiam eam probaret, cons. 416. nu. 7.
Possessoriu. In possessorio remedio recuperandae non sufficit probatio solius possessiones antiquioris: & quandoque descenditur ad conflictum probationis tituli ex utraque parte quod fieri pot, etiam quod non tractetur iudicium petitorium, sed duntaxat ad corroborandum ius actoris, uel rei in possessorio: & praefertur habens titulum a uero domino, & reijcitur habens titulum a non uero domino: quia obstat regula, dolo facis, qui petis, quod restiturus est, cons. 416. n. 8.
Possessorium. In quolibet possessorio recuperandae admittitur exceptio dominij, quando opponitur, non ab ipso spoliatore, sed a tertio, secundum gl. cõiter approbata: & quid si habuit causam a spoliatore, cons. 416. nu. 9. Et longe distant, excipere de dominio, & opponere de titulo, remissiuè. d. cons. 416. nu. 10.
Possessorium, seu remedium recuperandae, quando non competat contra eum, qui fuit admissus longe post, quando spoliatus cecidit, etiam in remedio. c. redintegranda, cons. 416. nu. 11.
Possessorium. In possessorio, seu remedio, c. redintegranda, sufficit probare simpliciter antiquiorem possessionem: tamen probata antiquiori possessione, censetur etiam probata praesumptione iuris possessio totius temporis usque ad actum spolij: & quomodo. cap. redintegranda, detur etiam contra tertiam possessorem, cons. 416. nu. 12. & uide etiam ibidem in additione.
Possessorium. In possessorio recuperandae repellitur, qui semper possedit malafide, consil. 416. nu. 13.
Et in hac materia ad exclusionem actoris sufficit lapsus triginta annorum, quibus possessio fuit amissa, & non egit. d. cõs. 416. nu. 14.
Possessorium. Possessio praesumitur haberi ex titulo praecedenti, & annullato titulo, censetur pariter annullata uir ipsius possessionis: & tunc in possessorio recuperandae proculdubio haberet locum rõ, q dolo facit, qui petit, q restituturus est, cõs. 416. nu. 15.
Possessorium remedium recuperandae, non procedit, quando notorium est de defectu proprietatis eius, qui agit: & an procedat solum in beneficialibus: & quid si proceditur sola facti ueritate inspecta, consil. 416. nu. 17. & uide ibidem in add.
Possessorium. Quando constat de notorio non iure agentis, haec exceptio obstat ei etiam in possessorio recuperandae, cõs. 432. nu. 2.
Possessorium. In quolibet possessorio recuperandae, admittitur exceptio dominij, quando opponitur, non ab ipso spoliatore, sed a tertio, cons. 433. nu. 16.
Possessorio recuperandae agens, repellendus est, si sit in mala fide, puta quia eius titulus patiatur euidentem exceptionem, ueluti si sit concessus a non uero principe, uel domino, cõs. 433. nu. 17.
Possessoriu. Sciens rem esse alienam, non debet admitti ad petendam possessionem: & id maxime seruandum est in remedio. c. redintegranda, quia fuit inuentum causa euitandi peccatum, &c. cõs. 433. n. 18.
Possessoriu. Quando manifeste cõstat proprietatem ptinere ad possidentem, debet actor repelli etiam in iudicio recuperandae q procedit, non tantum in beneficialib. sed etiam in profani, cõs. 443. n. 19.
Possessorium. De possessorio recuperandae: & de spoliatis a Iudice, uel a principe: & an in principe praesumatur iusta causa: & an credatur principi: & plura de possessorio recuperandae, & c. redintegranda, uide in cons. 433.
Possessoriu, seu remediu recuperandae, non competit ei, qui longe antea cecidit a possessione, antequam reus cõuentus ea, ingressus sit quod procedit etiam in remedio c. redintegranda, cõs. 433. n. 1.
Possessorium. In spoliatis a Iudice, uel a principe, est necessarium ante oia docere se fuisse spoliatos iniuste, atque inique: nisi hoc prius discutiatur, non sunt audiendi in possessorio: ueluti in priuatione feudi facta per Iudicem, uel principem, cons. 433. num. 4.
Possessorium iudicium recuperandae, secundum magis communem opinionem, non procedit contra bonaefidei possessorem, si docet de iusto titulo, cons. 433. nu. 12.
Possessoriu. Etiam q procedatur in possessorio tantum, s. recuperandae, potest descendi ad conflictum tituli ex utraque parte: & probatio soluius professionis antiquioris non sufficit, cõs. 433. n. 14.
Possessorium. De possessorio recuperandae: & de possessorio ex. c. redintegranda, uide etiam late in cons. 434.
Possessorium. Spoliatus, seu priuatus a Iudice, uel a principe non restituitur, & ita non obtinet in possessorio recuperandae: sed id non procedit, quando Iudex, uel princeps non processit iudicialiter, sed extraiudicialiter, cons. 434. nu. 1.
Possessorium. Quando agitur de reijciendo illum, qui intentat possessorium recuperandae, non refert, utrum factum Iudicis, uel principis sit iustum, aut iniustum, sed sufficit, q actus fuerit factus secundum formam, qua debebat fieri, cons. 434. num. 8.
Possessorium recuperandae, non solet competere cõtra illum, qui habet titulum a ueriori domino, cons. 434. nu. 33.
Possessorium recuperandae, etiam ex c. redintegranda, non competit his, q praesumũtur esse in mala fide: & praesumitur quis in mala fide, si habuit titulum a non uero domino &c. consil. 434. nu. 36.
Possessorium, seu remedium ex c. redintegranda, uidetur his tantum cõpetere, qui ceciderunt a possessione per uiolentiam alterius; uel qui ceciderunt sine iusta causa, uel culpa: non aut illis cõpetit, q uel ex iusta ca, uel ex culpa, uel etiam ex negligentia ceciderunt & cõstat de culpa, si qs tacuit per decennium, cons. 434. num. 37.
Possessorium remedium canonis redintegranda, non uidetur competere illi, qui cecipit a possessione sua propter suam culpam: & est culpa etiam stante iusta causa absentiae necessariae, quia potest fieri recuperatio per procuratores, consil. 641. nu. 1.
Possessorium. Plura de possessorio remedio ex c. redintegranda, & quae requirantur ad obtinendum in eo, & plura in materia, uide etiam in cons. 778.
Possessorio in iudicio. c. redintegranda, Iudex debet declarare agẽtem redintegrandum esse ad suam pristinam possessionem, & aduersarium cõdenandum esse ad restitutionem possessionis, cons. 778. nu. 11.
Possessorio in remedio c. redintegranda, ut obtineatur, probari debent haec extrema, uidelicet possessio antiquior ex parte agentis, & recens ex parte aduersarij, absque eo q probetur agentem, uel eum, ex cuius psona uenit, ex iniusta ca cecidisse a possessione: & possessio antiqor praesumitur esse magis iusta, cons. 778. nu. 12.
Et tali casu licet aliter non fuerit probatum, agentem p uim fuisse deiectum a possessione, tn dr probata spoliatio re ipsa. d. cons. 778. nu. 13. Et maxime qn id cõprehenditur in rescripto, & cõmissione facta, que non est restricta ad interdictum unde ui, sed et comprehendit remedium. c. redintegranda d. cons. 778. nu. 14.
Possessorio agens si narret se spoliatum, & obtinuit rescriptum super interdicto unde ui, in quo habet probare possessionem tẽpore spolij, & ipsam spoliationem, si dat petitionem adeo generalem, quod comprehendat etiam remedium. c. redintegranda, debet succumbere, nisi probet spoliationem, cons. 778. nu. 15.
Et licet etiam non sit deductum tale remedium, sed narrata sit uiolentia, tamen agens obtinebit, quamuis aliter probata non sit spoliatio, propter clausulas generales libelli, non se adstringẽs &c. & petens sibi iustitiam ministrari. d. cons. 778. nu. 16.
Possessorium. Interdictum unde ui, non competit, quando non est probatum, aliquem per uim expulsiuam esse priuatum possessione, sed potius per uim compulsiuam, cons. 778. nu. 19.
Possessorium remediu. c. redintegranda, non currit etiam cum actione q metus causa: & sufficit in eo agẽtem priuatum esse possessione sua propter quascunque iniustas causas. cons. 778. num. 20.
Possessorium. Quando quis potest ius sibi propria autoritate dicere, non procedit dispositio. l. qui possessionem. ff. de ui arma. & si postea fuit spoliatus ab illomet, potest agere remedio recuperandae, non obstante exceptione alterius spoliationis, cons. 778. n. 39.
Possessoriu. Ubi quis excusatur dolo, etiam propter iniustam causam, non datur contra eum interdictum unde ui, puta cõtra spoliatorem, qui mouetur autoritate propria, uel iusta, aut iniusta ratione, & uide exemplum, cons. 778. num. 41.
Possessorium. Exceptio alterius spoliationis non competit, nisi ubi potest competere interdictum unde ui, licet cõpetant alia remedia: & tũc cõpetit remediu. c redintegranda, cons. 778. n. 42.
Possessoriu. Secunda uiolentia, & spoliatio maior non compensatur cum prima minore: imo contra ipsam secundam spoliationem cõpetit interdictum unde ui, uel actio q metus causa, siue remediu. c. redintegranda, non obstante prima uiolentia, q minor fuit, cõs. 778. n. 43.
Possessoriu remediu. c. reditegranda, non cõpetit, qn qs cecidit a possessione facto, & culpa sui, & uirtute pprij cõtractus, cõs. 778. n. 44.
Sed quando quis cecidit a possessione etiam ex proprio cõtractu non perfecto, & cuius conditio non est purificata, habet locum remedium dicti. c. redintegranda. d. cons. 778. nu. 45.
Possessorium. Nemo potest de spolio conueniri, qui non spoliauit, uel spoliari mandauit: neque alio remedio recuperandae, qui non possidet, neque dolo desijt possidere, cons. 75. num. 1.
Possessorium. An, & qn snia lata contra spoliatorem, praeiudicet tertijs possessoribus citatis, uel non citatis, uide in consil. 625.
Possessorium, seu remedium interdicti unde ui, competit contra spoliatorem, etiam si amplius non possideat, sed possideant tertij possessores, cons. 625. nu. 4.
Possessorio qn agitur cõtra spoliatorem, bene est citare tertios possessores, uel in initio litis, uel qn incipiunt possidere: & tũc snia lata contra spoliatorem, potest mitti executioni cõtra ipsos possessores citatos, sed si non fuerunt ab initio citati, processus hactenus factus non praeiudicat eis, cons. 625. nu. 5.
Possessorium. Snia lata cõtra spoliatorem, non citatis tertijs possessoribus, quid, & quomodo possit prodesse ei, qui obtinuit sententiam: & q habeat intentionem fundatam ad obtinendum aliam sententiam contra ipsos possessores, cons. 625. nu. 6.
Possessorium. Tertij possessores si habuerunt notitiam litis motae contra spoliatorem, sententia lata contra spoliatorem eorum datorem praeiudicat eis absolute, ideo bene est notificare eis litem, sed si non habuerunt causam ab eo, non prodest notificatio non facta in initio litis, & talis sententia tunc faciet solum qualem qualem probationem, tanquam res inter alios acta, cons. 625. nu. 7.
Possessorium. Quod nulla currat praescriptio contra spoliatum in fauorem tertii possessoris, quandiu pendet instantia litis motae contra spoliatorem, uide infra, Praescriptio.
Possessorium iudicium recuperandae, procedit, quamuis aduersarius asserat, se adeptum fuisse possessionem autoritate Iudicis: quia quando non constat Iudicem processisse legitime citato possessore,

P perin-

Præscriptio

Proba-

propo-

unus

Regula

Re-

Sen-

Sententia

Simu-

Stal-

quæ

respicit bona, & ideo siue directò loquatur statutum de bonis, siue per indirectum, non est constituenda differentia in uerbis, sed in mente statuti, & in effectu, & comprehendit bona forensium: & hęc est magis communis opinio, & uerior, consilio 370. numero 15.

Statuti uerba an dirigantur in personam, an in rem, non est constituenda differentia, quando mens uerisimilis tendit ad unum tantum: & quibus iuribus id optimè probetur, consilio 370. numero 16.

Et de responsione ad tex. in l. fin. §. Lucius. ff. de contrahen. emp. quem adducit Barto. in d. lege cunctos populos. d. consilio 370. numero 18.

Et regula est communis, quòd in effectibus respicientibus ipsa bona, debeat inspici locus, sub quo posita sunt bona, etiam quòd persona sit forensis. d. cons. 370. nu. 19.

Statuentes possunt, si uolunt, disponere etiam in præiudicium personarum forensium, scilicet quò ad bona posita in territorio iam acquisita forensi: & multomagis possunt disponere nominatim etiam de forensibus quò ad bona acquirenda, consil. 370. nume. 20.

Statutum etiam si simpliciter loquatur, comprehendit forenses, dummodo uerba sint concepta in rem secundum Bar. sed idem quoque dicendum, dato quòd uerba non ita expressè dirigantur in res sed in personas, quando scilicet effectus respicit non personas, sed res, quia perinde est ac si uerba essent concepta in rem &c. cons. 370. num. 21.

Statutum Ianuense prædictum in hoc proposito habet aliqua uerba concepta in rem: & quando est casus, qui neque solet, neque potest commodè exprimi, nisi personas nominando, mirum est, quòd constituatur fundamentum, quòd uerba dirigantur in personas, cons. 370. nu. 22.

Statutum quòd comprehendat etiam bona forensium, est fundamentum, de quo non est opus dubitare, consilio 370. numero 25.

Statutum Ianuæ prædictum de successione, comprehendit redditus annuos, seu etiam mera nomina debitorum, consilio 370. numero 28.

Statutum quando seruandum etiam inter forenses, consilio 397. numero 32.

Statutum Laudense, quòd fœminæ nubentes maritis forensibus non succedant &c. ualidum est, & ubique talia statuta sunt in uiridi obseruantia, consilio 456. numero duodecimo.

Statutum predictum, quòd mulieres nubentes forensibus maritis non succedant &c. an in illis uerbis, nulla mulier se nubat, intelligatur, quòd loquatur duntaxat de muliere, quæ nubit se, id est, quæ nubit à se ipsa sine consensu patris, uel propinquorum: & quòd non sit bona intelligentia, consilio 456. numero 13.

Statuti, quòd mulieres nubentes maritis forensibus, non succedant &c. ratio non alia est, nisi, quòd bona non transeant in maritos, & filios forenses: & cum non possit esse alia ratio, habenda est expressa, cons. 456. nu. 16.

Et ratio prędicta indistinctè procedit, ubicunque mulier nubit forensi, siue nubat à se ipsa, siue nubat de consensu alterius: & ita pariter procedit statutum. d. consilio 456. numero 17.

Statuti Laudensis prædicti uerba, se nubat, sunt uerba inepta, & nullam habentia rationem latini sermonis: & sumpta sunt ex uulgari usu loquendi per linguam maternam: ideoque debent intelligi secundum communem usum loquendi in eo uulgari sermone, cons. 456. nu. 19.

Statutum quòd mulieres nubentes maritis forensibus non succedant &c. an habeat locum in casu, quo iam erat acquisitum ius hæreditatis ipsi puellæ, antequam traderetur nuptui, an uerò non, ne sit in facultate patris decipere filias suas post ius iam eis quæsitum, tradendo illas nuptui extra territorium, & per indirectum &c. & quòd utroque casu habeat locum statutum, cons. 456. nu. 20.

Statuti Laudensis prædicti in casu si pater decipiat filiam, poterit ipsa contra eum, uel eius hæredes agere de dolo, seu actione in factum propter dolum: non autem debet impediri effectus statuti supradicti: & an concedatur postea restitutio in integrum, cons. 456. nu. 22.

Statutum predictum Laudense, quòd nubentes maritis forensibus non succedant &c. operatur, quòd mulier iam facta incapax bonorum propter illud, remanet incapax etiam soluto matrimonio, quandiu scilicet domicilium habet extra territorium: & non est admittenda ad bona, etiam quòd deferantur tanquàm lucrum, & non tanquàm successio, consilio 456. numero 27.

Statutum præiudicat etiam forensibus, quando litigatur in loco statuti, quia à pari procedunt, forum sortiri, & statutis ligari, cons. 462. nu. 10.

Statutum ciuitatis, uel loci comprehendit forensem, si in ea ciuitate factus fuit contractus, & destinata etiam solutio: & tanto magis si ibi sæpe soleat conuersari, adeoquòd uerisimiliter habeat notitiam statuti &c. cons. 512. nu. 12.

Statutum quando non respicit solemnitatem actus, sed respicit ipsam personam, quæ debet actum facere, tunc tale statutum non comprehendit forenses, cons. 513 nume. 7.

Statutum Mediolani disponens quem dici maiorem quò ad contractus, qui sit maior 20. annis &c. uide de eo in cons. 536. & supra Minor.

Statuta habilitantia personam sibi subditam, an habeant locum in contractibus extra territorium statuentium celebratis: & de materia an statuta trahatur extra territorium: & de traditis per Bar. & Docto. in l. cunctos populos, uide in consil. 536.

Statutum Mediolani, quòd quis dicatur maior quò ad contractus, qui sit maior. 20. annis, & sic habilitans personam sibi subditam aliter, quàm disponat ius commune, non habet locum in contractibus extra territorium statuentis celebratis, cons. 536. numero 1.

Sed id limitatur in casu, quo contractus alibi celebratus per subditam personam sit implendus in loco, ubi est statutum: & filius familias habilis factus ad testandum testabitur etiam alibi de bonis sitis in loco, ubi est statutum. d. cons. 536. nu. 2.

Statutum. Differentia inter statuta, quibus in actibus solemnitas inducitur, & ea, quibus personæ qualitas constituitur, hæc est, quòd in illis solum locum attendimus, ubi actus fit, etiam si in alium conferatur effectus: at in istis consideramus, an effectus in locum originis conferatur: & quę sit ratio, cons. 536. nu. 4.

Statutum habilitans personam subditi ad aliquid faciendum, comprehendit eum ubicunque faciat actum, dummodo actus habiturus, sit executionem, seu effectum in territorio statuentium: & quibus rationibus, & fundamentis, consilio 536. nu. 5. cum numero seq.

Statutum inhabilitans personam, comprehendit eam ubicunque faciat actum, secundum Bar. qui communiter approbatur: & idem pari ratione, uel maiori dicendum est, quando statutum non prohibet, sed permittit, quia est magis fauorabile, consilio 536. numero 6.

Statutum inhabilitans personam, an comprehendat eam etiam extra territorium semper, dato quòd esset prohibitio odiosa: quòd non: & quòd conclusio Bar. de statuto excludente fœminas approbetur communiter, quanuis etiam improbetur communiter sua ratio, quòd tale statutum sit odiosum, consilio 536. numero 7.

Et traditur per Docto. alia ratio, uidelicet quòd tale statutum respicit successionem, & ita in effectu bona, & non personam, ideoque non trahitur extra territorium. d. cons. 536. nu. 8.

Statutum respiciens solemnitatem actus, & statutum respiciens habilitatem personæ, differunt: quia primum determinatur à territorio, & non à qualitate personę, ideoq; in territorio comprehendit & subditos, & forenses, extra territorium neminem eorum comprehendit: secundum verò nunquàm comprehendit non subditum, etiam si actus fiat in territorio, & per consequēs subditum comprehendit ubique, scilicet in terminis, quando effectus est expediendus in territorio, cons. 536. nu. 9.

Et Salicet. & Aretin. in l. cunctos populos, dicunt quod ibi prius dixit Bar. qui debet intelligi, quòd persona non possit instituì extra territorium: & Bar. considerat effectum, seu executionem actus magis, quàm locum, in quo fit actus: alias Bar. malè sensisset. d. cons. 536. nu. 10.

Statutum. De statuto, nulla mulier, & decretis Ducum in ciuitate Parmæ: & an filia nupta extra ciuitatem Parmæ, uel extra ciuitatem Nediolani, possit succedere matri, quę tempore mortis suę non amplius erat de iurisdictione Parmę, uel de iurisdictione Mediolani, licet agatur de successione in bonis immobilibus: & quid in creditis, uel nominibus, seu actionibus ad pecunias: & sub cuius territorio, uel statutis censeantur esse ius crediti, seu nomina, uel actiones: & stante prædicto statuto, nulla mulier, an filia possit succedere matri in dote, seu hæreditate materna consistente partim in creditis, seu nominibus, & partim in immobilibus, quando mater, & filia erant forenses, seu nuptæ extra territorium &c. uide in cons. 595.

Statutum prædictum, nulla mulier, non comprehendit ius crediti dotis maternæ, ad quod potest filia admitti &c. consilio 595. numero 1.

Statuta, uel decreta debitorum non comprehendunt ius crediti, quod habet forensis, quia non censetur esse sub eorum territorio, cons. 595. nu. 5.

Statutum, uel decretum faciens mentionem de mobilibus, & de iuribus, debet intelligi de his iuribus, & mobilibus, quæ habet in potestate, ergo non de illis, quæ non censentur esse sub eius territorio, cum illa non sint sub eius potestate, consilio 595. nu. mero 9.

Statutum prædictum, uel decretum, nulla mulier &c. non comprehendit casum, quo licet agatur de bonis immobilibus, ambæ tamen personæ sunt forenses, id est, & persona, cuius fuit hæreditas, & persona, quæ uult succedere, consilio 595. nume. 10. cum numero seq.

Statu-

tuit, sed solum substituit vulgariter eos hæredi, & non omnes, sed tantum filios primi gradus: & ita respectu eorum, qui non fuerunt uocati a testatore, non uoluit grauamen, consil. 589. numer. 4.

Substitutionis primo gradu extincto, an fideicommissum sit pænitus extinctum in cæteris gradibus, cons. 93. num. 1.

Substitutio. An perempto gradu institutionis, perimantur etiam conditiones respicientes fauorem ipsius instituti, & fiat locus substitutioni: & factis multis gradibus institutionum, seu substitutionum simpliciter absque conditione, uel etiam sub conditione expressa, an, & quomodo ultimis substitutus succedat primo instituto, si alij gradus deficiant: & ad admittatur, non verificatis conditionibus substitutorum præcedentium, uide in consil. 170.

Substitutio. Perempto gradu institutionis, an perimantur etiam conditiones respicientes fauorem ipsius instituti; & an tunc fiat locus substitutioni, cons. 170. nu. 1.

Substitutio. Quando sunt facti multi gradus institutionum, seu substitutionum simpliciter absque conditione, tũc vltimus substitutus potest succedere primo instituto, si alij gradus deficiat: & quid si facti sunt sub conditione expressa, an tunc posterior substitutus admittatur, non verificatis conditionibus substitutorum præcedentium: variæ sunt opiniones Doctorum, consi. 170. nu. 2. & seq.

Et in hoc fit differentia inter vulgarem substitutionem, & pupillarem, & fideicommissariam. d. cons. 170. nu. 3.

Et quæ sit in hoc passu verior opinio, & magis rationabilis. d. cõsi. 170. nu. 4. & respondetur ad quodam consilium Angeli in materia, ibidem nu. 5.

Substitutus vltimus an admittatur, licet medius gradus sit factus caducus, seu non habuerit effectum, secundum ordinem, quem disposuerat testator, remissiuè, cons. 171. nu. 38.

Substitutus vltimus an admittatur (stantibus duobus gradibus substitutionum factarum sub conditione, si decesserit sine liberis) dato quòd conditio non impleatur præcisè in utroque gradu, sed in vno tantum, remissiuè, cons. 171. nu. 39.

Substitutio. De conditione filiorum expressa in primo gradu institutionis, uel substitutionis, quando censeatur repetita in secundo gradu &c. consil. 234. num. 22. & uide supra, Repetitio.

Substitutio. Quando testator facit primum gradum substitutionis vulgaris, & post eum facit alios gradus substitutionis fideicommissariæ, uel compendiosæ: an extincto primo gradu substitutionis directè, cæteri gradus censeantur extincti, uide in consil. 344.

Substitutionis directè primo gradu extincto, quilibet alius gradus substitutionis censetur extinctus: & de tex. in l. si mater. §. 1. ff. de vulga. qui loquitur in casu, quo erant omnes gradus substitutionis vulgaris, an procedat etiam in fideicommissaria: ꝙ sic, quando eam præcedit aliqua substitutio directa, quæ euanuit, cons. 344. nu. 1.

Substitutionum duobus, aut tribus gradibus constitutis, quando contingit primum substitutum, uel secundum decedere, antequam decedat ille, cui fuit substitutus: an tunc admittendus postea sit is, qui inferiori loco erat substitutus: articulus perplexus: & Doctores in uarijs opinionibus: & distinguitur inter vulgarem, pupillarem, compendiosam, & fideicommissariam: & quid sit in fideicommissaria, uel simplici, uel comprehensa sub compendiosa, & magis communi opinione, consi. 474. numero 2.

Et dato, quòd ultimus substitutus sit admittendus loco præcedẽtis substituti, qui prædecessit, an sit duntaxat admittendus sub illa conditione, sub qua uocabatur primus: an uerò simpliciter & absolutè sit admittendus: articulus etiam perplexus: & quæ sit uerior opinio. d. cons. 474. nu. 3.

Substitutionum quando sunt facti plures gradus, uel ordines, an vltima substitutio locum habeat, dato quòd non uerificetur ordo præcedentium &c. & quid in compẽdiosa, quę continet vulgarem, & fideicommissariam, an fideicommissaria semper locum habeat, quamuis extincta fuerit vulgaris, & non uerificetur ordo, sub quo fuit gradatim facta, uide in cons. 506.

Substitutio, si decesserit sine masculis, ultimo loco facta, an locũ habeat, quamuis non uerificetur ordo præcedentium: uersatur articulus in materia perplexa, & subtili: & distinguitur, an sint substitutiones vulgares, an pupillares, an fideicommissariæ, an mixtè, remissiuè, cons. 506. nu. 1.

Substitutio compendiosa, secundum communes opiniones, facta personis adultis, continet vulgarem: & fideicommissariam: & extincta vulgari per additionem, non extinguitur fideicommissaria, cons. 506. nu. 2.

Substitutio quando est fideicommissaria, uidentur Doctores magis communiter concludere, quòd illa semper habeat locum, quamuis non uerificetur ordo, sub quo fuit gradatim facta: quia fideicommissaria remanet pœnes primum hęredem cum suo onere, scilicet restituendi subsequentibus, dummodo eueniat conditio, sub qua facta fuit: quod etiam cõuenit uerisimilimenti testatoris, cons. 506. num. 3.

Substitutio. Casum difficilimum in materia fideicommissi, quando sunt facti uarij gradus substitutionis &c. uide in cons. 6.

Substitutio reciproca continet etiam fideicommissariam, consil. 29. num. 12.

Substitutio. De interpretatione substitutionis inter filios testatoris, ac inter filios filiorum: an filij nati ex uno filiorum testatoris censeantur substituti reciprocè inter se, uide in cons. 311.

Substitutio factę simpliciter post mortem multorum, non inducit inter eos substitutionem reciprocam, secundum magis communem opinionem: quod etiam fortius procedit, si facta sit substitutio in tota hereditate, dummodo non sit facta expresè ultimo morienti: etiam secundum communem, consil. 311. num. 2.

Substitutio comprehendit totam hereditatem, quando facta fuit ultimo morienti: & satis dicitur facta in omnibus bonis, quandò in multis partibus testamenti posita fuerunt illa uerba, hæreditate, & bonis, cons. 312. nu. 5.

Substitutio reciproca inter eos an censeatur etiam facta per substitutionem factam post mortem multorum, remissiuè, consil. 312. num. 6.

Substitutionum quando sunt facti multi gradus, si prima substitutio deficiat, uidentur deficere cæteræ omnes substitutiones subsequentes, & quando id argumentum non procedat, consil. 312. num. 19.

Substitutio si facta fuit per testatorem inter extraneos, an censeatur multomagis facta fuisse inter omnes suos descendentes, ꝙ non, & quòd non admittatur extensio, si persona uariatur, consil. 312. nu. 33.

Substitutio reciproca an, & quando censeatur facta inter multos institutos, quando eis omnibus post eorum mortem datus fuit alius substitutus, vide in cons. 345.

Substitutio reciproca an censeatur facta inter multos institutos, quando eis omnibus post eorum mortem datus fuit alius substitutus Doctores fuerunt uarij, consil. 345. num. 3. cum numer. sequent.

Et uerior, & magis communis conclusio est, quòd non censeantur inuicem substituti, nisi duobus copulatiuè interuenientib. videlicet quòd substitutio, quæ est expressa in testamento post mortem omnium, sit facta expresè ultimo eorum decedenti: & facta sit expresè in omnibus bonis, seu in tota hæreditate: & Doct. dicunt communem esse. d. cons. 345. nu. 4.

Est tamen prædicta opinio communis disputabilis, quia multi sunt, qui uoluerunt, quòd censeatur facta inter ipsos grauatos reciproca substitutio, dummodo illa expressa substitutio facta post mortem omnium, sit facta in tota hæreditate, quamuis nõ sit facta expresè ultimo decedenti: item debet esse facta in omnibus bonis, uel in tota hæreditate per aliquam dictionem uniuersalem, omnis, vel tota. d. cons. 345. nu. 5.

Substitutio compẽdiosa facta in omnibus bonis post mortem omnium, arguit reciprocam substitutionem factam inter ipsos grauatos, secundum communes opiniones, cons. 479. nu. 4.

Substitutio reciproca non censetur facta propter substitutionem adiectam post mortem omnium, quando non adsunt illæ duæ qualitates: quòd substitutio fuerit facta in tota hæreditate, & fuerit facta ultimo decedenti, secundum magis communem opinionem, cons. 700. nu. 1.

Substitutio quando fuit facta post mortem omnium institutorũ, & non fuit expresè facta ultima eorum decedẽti, an contineat reciprocam substitutionem: & hic est casus, in quo potissimum consistit controuersia inter Doctores, cons. 31. nu. 1.

Substitutio si fiat ultimo decedenti, & fiat in omnibus bonis, est expeditum, quòd continet reciprocam, cons. 31. num. 2.

Substitutio reciproca, seu reciprocum fideicommissum nunquam censetur factum, nisi duo copulatiuè concurrant, scilicet quòd sit facta substitutio de omnibus bonis, seu de tota re, quæ in substitutionem deducitur: item quod expresè facta sit ab ultimo decedente: & est magis communis opinio, à qua non est recedẽdum: & eam ampliat, & declarat: & dat rationem, consilio 31. numero 3.

Et solus Curt. Iun. ex modernis tenuit contrarium, pręsupponens paria esse, substitutionem fieri ultimo decedenti, & fieri post mortem omnium: quod tamen est falsissimum. d. consi. 31. numero 4.

Et prædicta communis conclusio, quòd non censeatur facta reciproca &c. ut supra, procedit, etiam si facta sit substitutio de omnibus bonis, non solum indefinitè, sed etiam cum dictione vniuersali. d. consi. 31. nu. 5.

Item procedit, etiam si inter ipsos grauatos extet persona, quę ex præsumpta mente testatoris sit præferenda substituto. d. cons. 31. nu. 6.

Et quomodo intelligatur quò ad effectum: & quid quando unus ex grauatis moritur: & quãdo in effectu admittatur substitutus, declarat ibidem. d. consil. 31.

Et quæ sit ratio prædictę conclusionis, cur scilicet non inducatur reciprocum fideicommissum, nisi quando substitutio fit de omnibus bonis, & fit expresè ultimo morienti: nõ autem alijs casibus, ut quando fit post mortem omnium &c. & rationem adducit,

abintestato teneantur per fideicommissum ea facere, ad quę tenebantur directò instituti, cons. 463. nu. 7. & uide supra, Clausula codicillaris.

Testamenti uerba diligenter sunt consideranda, quia in se magnum pondus habent ad cognoscendum quid est, consil. 750. nume. 52.

Testamentum ut sustineatur, fieri debet interpretatio in benigniorem partem, cons. 85. nu. 11.

Testamentum. Interpretatio fieri non debet, per quam testatoris dispositio non haberet plenum effectum, & per quam redderetur elusoria, & infringeretur aduersus ipsius mentem: sed ne hoc sequatur, licet recedere à uerbis, & a communibus regulis, cons. 106. nu. 18.

Testamenta fuerunt introducta iure quodam priuilegiato, consil. 109. nume. 10.

Testamentum. Mutatio voluntatis, & propositi testatoris non pręsumitur spatio breuissimi temporis, puta vnius horę, vel circa, cons. 529. nu. 23.

Testamentum facere potest testator ad interrogationem alterius, secundum communes conclusiones, cons. 529. nu. 39.

Testamentum an, & quando, & quomodo fieri possit ad interrogationem alterius, iuxta glo. in l. iubemus. C. de testa. & late de hoc: & de limitatione ad dictam glosam: & de opinione Nicol. de Matarel. seu Alberti Papiensis: & de disceptationibus Doctorum, uide in cons. 414.

Testamentum. Iura multum dubitantia, ne in testamentis falsitas committatur, statuerunt, quòd testator debeat uoce propria exprimere, uel propria manu scribere nomen hæredis: & quando id possit fieri ad interrogationem alterius, cons. 414. nume. 55. cum nume. seq.

Testamentum, seu expressio hæredis fieri potest ad interrogationem alterius, secundum glo. magis communiter approbatam: sed limitatur etiam communiter, quòd testamẽtum fieri potest ad interrogationem alterius, dummodo ille, qui interrogat, sit notarius publicus; quia ratione officij sui facilius in eo cessat suspitio fraudis: & uide late de glo. in l. iubemus. C. de testa. cõs. 414. nu. 56. cum nu. seq.

Testamẽtum quamuis ualeat, secundum aliquos Doctores, etiam si interrogatio fiat, non a notario, sed ab alia persona, debet tamen omnino constare, talem personam esse adhibitam, & rogatam ab ipso testatore, cons. 414. nu. 57.

Testamentum si factum fuit ad interrogationem ipsiusmet hæredis instituti, puta uxoris, tunc præsumptione iuris uersatur suspitio, quia prætendit interesse: & idem etiam esset, si facta esset interrogatio per aliquem, qui non immediatè prętenderet interesse, sed esset propinquus, & suspectus, consil. 414. num. 58.

Testamentum. Doctores magis communiter nolunt, quòd qualiscunque sit persona, non admittatur eius interrogatio, nisi constet, eam fuisse ad hoc rogatam per ipsum testatorem: quod habet euidentem rationem, quia suspectus est, qui alienis negotijs se ingerit non uocatus, cons. 414. nu. 59.

Testamentum quamuis possit fieri ad interrogationem alterius, tamen, uidetur magis communis conclusio Doctorum, saltem hodiernis temporibus, quod id solum procedat, dummodo constet testatorem ita uoluisse testari: puta quòd ipsemet mandauerit, ut ad se uocarentur notarius, & testes, & non aliter: & uide late de hac opinione Nicol. de Matarel. seu Alberti Papiensis: & quomodo procedat: & de limitatione ad glo. in d. l. iubemus, cons. 414. nu. 60. cum seq.

Et de supradicta opinione Alberti quanuis Doctores uideantur uariasse, tamen in testatore grauiter infirmo uidentur magis communiter Doctores eam sequi: & uide enumeratos Doctores omnes eam sequentes: & quam rationem adducant. d. cons. 414. nu. 61. cum nu. seq.

Et licet Alex. & Deci. dicant prædictam opinionem Nicol. de Matarel. seu Alberti Papiensis esse magis communiter reprobatam uidentur tamen non bene enumerasse Doctores: & Socin. & Ruin. præsupponunt eam esse magis communiter approbatam, saltem quando testator est uehementer grauatus, ita quòd postea moritur. d. cons. 414. nu. 63.

Et in quo particulariter sit magis communiter reprobata supradicta opiuio Alberti, & in quo non. d. cons. 414. nu. 64.

Et quòd disceptatio Doctorum de supradicta opinione Alberti procedat, quando sumus incerti, utrum testator habuerit prius animum faciendi tale testamentum, quia scilicet non constat de initio certo, an prouenerit a uoluntate testatoris, an ab importunitate aliorum, quo casu uult Alber. Papien. & qui eum sequuntur, quòd fundans se in testamento teneatur probare, quòd prouenerit à uoluntate testatoris: & contrariũ uult Alex. & alij per eum relati, quia in dubio præsumitur in bonam partem: si uerò constet manifestè, quòd initium prouenerit, non ab ipso testatore, sed ab importunitate aliarum personarum, tunc non negat Alex. quin opinio Alberi Papien. procedat. d. cons. 414. nu. 65.

Et quòd tanto magis etiam prædicta procedant, quando instituti sunt illi, qui non erant successuri abintestato, seu tales, qui uerisimiliter non erant instituendi: puta si sit uxor instituta exclusis proximioribus. d. cons. 414. nu. 66.

Et quòd prædicta opinio, seu limitatio Alberti, & Doctorũ procedat præter omnem controuersiam, saltem quando constat, uel probabiliter dubitatur, an testator possit articulatè loqui: & ꝙ hanc indistinctè fateatur esse communem Alex. & quòd Corn. dicat ab ea neminem disceptare. d. cons. 414. nu. 67.

Et quòd tantomagis procedat, si constet, quòd testator antequam conderet testamentum, iam uacillauerat: & fortius si probatum sit quòd non erat sanæ mentis in ipsa hora testamenti, & ante, & postea. d. cons. 414. nu. 68.

Testamentum an fieri possit ad interrogationem alterius: an in hoc sint diuersi casus, quòd testator nullum uerbum dicat, nisi dictionem affirmatiuam, sic, iuxta glo. & Docto. in l. iubemus: uel quòd testator exprimat nomen hæredis, & reliqua uerba testamenti: & quòd non sit differentia inter unum casum, & alium, & quòd isti duo casus confundantur in supradicta limitatione ad glo. in d. l. iubemus, quia utroque casu respondet testator interrogationem, & suggestionem alterius: & quòd maior etiam sit suspitio, quando testatori suggesta fuerunt omnia uerba sigillatim de uno ad unum, quàm si omnibus simul respondeat testator quòd sic. d. cons. 414. nu. 69.

Testamentum. Interrogare testatorem, an uelit instituere talem, est maior suspitio, quàm eum interrogare, quem uelit instituere: & pariter uidetur maior suspitio, quòd suggerantur singula uerba dicenda, quàm si simpliciter interrogetur, an uelit ea, quæ dicta sunt: quia primum magis sapit suggestionem, quàm interrogationem, cons. 414 nu. 71.

Testamentum. Si testator nihil à se ipso dixit, & non solum expressio nominis hæredis, sed & reliqua omnia penitus uerba dicta per eum fuerunt ad suggestionem vxoris, vel alterius, uidetur tota hæc dispositio nuncupanda voluntas captatoria, quia scilicet pendet ab aliena volunate: & vide quando dicatur captatoria voluntas, cons. 414. nu. 72. cum numero seq. & uide supra, Captatoria.

Testamentum factum ab homine non sanę mentis, quòd non ualeat, & quomodo probetur testatorem fuisse non sane mentis, & absque iudicio, & discursu, & quando testamentum censeatur factum ab homine non sanę mentis, & an semel furiosus, vel aliter constitutus extra sanam mentem, pręsumatur postea semper talis, & quid si testes de sana, uel non sana mente, fint hinc inde contrarij, uide in cons. 414.

Testamentum de iure non subsistit, si factum sit ab homine non sanæ mentis, cons. 414. nu. 1.

Testamentum. Testatorem fuisse quasi mortuum, quò ad iudiciũ, & discursum, & quòd habebat linguam grossam, & perplexam, an, & quomodo probetur per testes, cons. 414. nu. 2.

Testamentum. Testator quòd non erat sanę mentis in illa ipsa hora, qua dicitur condidisse testamentum, probandum est, & an, & quomodo probetur, uel pręsumatur non sana mens etiam in illa hora, quando ante testator fuerat non sanę mentis, consil. 414. nume. 11.

Testamentum. Testatorem non fuisse sanę mentis etiam in illa hora, qua dicitur factum testamentum, quando pręsumptione iuris dicatur probatum, cons. 414. nu. 20.

Testamenti condendi in materia solent æquiparari furiosus, & mentecaptus, & quilibet alienatus mente, data habilitate inter eos, cons. 414. nu. 27.

Testamentum cuiusdam furiosi approbatum fuit tempore Romanorum, quia conditum fuerat non aliter, quàm si ipsum condidisset vir sanæ mentis, cons. 414. nu. 31.

Testamentum debet multomagis iudicari factum tempore furoris, uel amentiæ, quando nullam habet in se rationem, consilio 414. nume. 32.

Testamentum quando nullam dicatur habere rationem, neque uerisimilitudinem, ut factum censeatur ab homine sanæ mentis, cons. 414. nu. 33.

Testamentum si factum fuit non solito modo, non caret suspitione, ueluti non factis legatis ad pias causas, neque facta mentione animæ, & corporis testatoris &c. cons. 414. nu. 35.

Testamentum. Fratres unus si donauit alteri fratri omnia bona sua non est credendum, imo est contra pręsumptionem iuris, quòd ille postea non habens filios, uoluerit in testamento excludere fratrem, non solum à bonis ipsius testatoris, sed à bonis ei donatis, ita ut aliũde quærẽdus esset uictus, & uestitus, cõs. 414. nu. 36

Testamentum. Senatus Neapolitanus iudicauit non ualere testamentum, quo maritus instituerat uxorem, exclusis fratribus suis tanquàm factum ab homine non sanæ mentis, ob hoc solum inditium: multomagis idem erit, si extent alia inditia, cons. 414. nu. 37.

Testamentum censetur factum ab homine non sanæ mentis, quando agebatur de rumpendo testamento prius facto, & parum refert, an testamẽtum esset factum, uel præparatũ, cõs. 414. nu. 39.

Testamentum. Non est uerisimile, quòd testator uoluerit mutare uoluntatem in præiudicium eius, quam dixerat uelle instituere, in quo, cum sit puer, non potest considerari caus

Testa-

Testator.

testis.

Testes

Trebellia-

Tutoribus

V

Ven-

Ven-

Vsusfru-

VT

FINIS.

